



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Centesimum Quadrigesimum octauu[m] Priuilegi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

- 15 Usurarij manifesti non adiunguntur ad communionem altaris, et sepulta
ra Christiana denegatur.
- 16 Usurarij oblatione clericus accipiens reddere compellitur.
- 17 Usurarius condemnatus ad restituendam usuram se appellat non auditur.
- 18 Usura ita odiosa quod Iudei compelluntur ad eam restituendam.
- 19 Usurarij testamentum est nullum, non restituta usura.
- 20 Usura crimen est mere Ecclesiasticum quo ad cognitionem iuris.
- 21 Usura pena est communis fori et pena est extraordinaria arbitrio Iu-
dicis.
- 22 Usura sunt prohibita omni iure de iure naturali, de iure diuino etiam
Evangelico, de iure canonico.
- 23 Usurarius est infamis.

Centesimum Quadragesimum octauum Priuilegi.



CECLESIA gaudet priuilegio, quod fratres usurarij filii, vel extraneus usuras extortas per defunctum restituere compellitur, cum igitur quesitum fuisset a Papa, quid obseruandum sit de filiis usuriorum, qui eis succedunt in crimine usurarum, aut etiam de extraneis hereditibus ad quos bona illorum perueniunt, respondet Papa, quod filii eadem districione cogendi sunt usuras restituere, qua parentes eorum cogerentur, si viuerent, & idem est faciendum de hereditibus extraneis cap. tuanos. de usur. Ratio fuit hec, quia fratres usuram exercens rapinam, & furtum committit. 14 q. 3. cap. Si quis usuram, ideo subiacet restitutioni cap. cum tamen de usur. ideo filius fratres, vel extraneus tenetur ad restitutionem & compellitur & Ratio, quia fratres transit ad successorem cum suo onere, vel causa, unde fratres imprimis videntur in quibus rebus committitur usura, dic, quod in his rebus, in quibus consistit mutuum, & fratres mutuum consistit in his quae sunt triplicis generis, nam quedam consistit in numero, ut in pecunia, quedam in pondere, ut argentum, & aurum, quedam in mensura, ut triticum, & vinum, in aliis vero rebus non potest consistere mutuum, Ratio est, quia in mutuo transfert dominium rei mutuantur, unde fratres mutuum dicitur, quia de meo sit tuum. 1. secunda. ff. si cert. peti. fratres recipieant mutuum non tenetur restituere tantumdem sub certitudine.

Kkk eiusdem

eiusdem valoris l. cum quid, & l. vinum ff. sic cert. pet. certitudo autem valoris non potest haberi in alijs rebus non consistentibus in numero, pondere, vel mensura, nam vere impossibile esset inuenire vnum æquum omnino eiusdem valoris, cuius est alius æquus, sed in pecunia, & in alijs consistentibus in pondere, & mensura, reperi tur certitudo eiusdem valoris, in alijs rebus eiusdem substantiæ, & ratio, quare autem constat in his rebus tantū, est, quia in istis transfertur dominium, & vsus rei, non est separatus à consumptione ipsius rei, sed dominij ipsius rei, vnde in istis rebus exigens aliquid propriè rapit vsum, quia vult capere aliquid ex vsu rei mutuatę, & tum in istis non est dare vsum separatum à dominio rei, quia dominium consumitur ex vsu, sed in aliis rebus, secus est, nam si locatur domus, vel equus, vsus rei separatur à dominio, nec consumitur dominium rei ex vsu, & ideo non est contra naturam rei capiendo aliquid pro vsu ipsarum rerum, quia dominium equi, vel domus remanet apud me, & tu habes vsum rei ex illo vsu possum aliquid licet capere, sed hoc non contingit in rebus mutuatis, quia dominium in continent transfertur in me, & nō possum utire mutuata, quin consumā dominium rei vnde dicitur vsura, quasi raptus vsus, ex re locata capitul lum, secus ex re mutuata, hinc infertur, quod t̄ vendens rem maiori pretio ex eo, quod differt solutionem, quam dicitur usurarius, vel non, ex contractu ergo emptionis licet maius sit pretium debito interueniat soluendum certo tempore, post venditionem non resultat formalis contractus usurarius, vnde ex forma sui non potest dici usurarius, & hoc ideo, quia vsura committitur regulariter ex mutuo, t̄ sed vbi fraudem contrahentes babent in mente, tunc vsura committitur si propter hoc statuitur maius præmium, qiam solutio differtur finitur enim solutio facta ab ipso emptore, & pretium sibi restitutum, quasi contrahatur de novo mutuum cum lucro illius excessus, qui erat in pretio, t̄ nam plus valet quod in veritate agitur, quam quod simul concipit C. plus val quod agitur quam quod simul concipit in reb. Et in nigro & in cap. per tuas, qui fil. sin. legit. Et an isti tales teneatur restituere in foro animæ, not. Abb. in Cap. consuluit de vsur. t̄ Verus enim valor rei attēditur secundū tēpus emptionis & venditionis cap. cum dilecti. de empt. & vend. & in l. z. C. de rescind. vend. quod est verum nisi dubium sit tempore solutionis pretii, res sit minus

nos valitura, vel plus, & venditor nō erat alias venditus tem-
pore contractus pro valore non currente, istis enim duobus
concurrentibus, vt habetur in cap. fi. de usur. Non attenditur
valor existens tempore contractus, quod est singulariter no-
12 tandem pro limitatione illius, ca. cum dilecti & d. l. 2. † Sed
si contractus est dubius, an contineat in se peccatum, vel non
non debbemus potius abstinere a tali contractu, quia in du-
bio debbemus capere partem magis tutam animæ, si illa pars
videtur durior respectu corporis, gl. in cap. Vnico. de scrut. cap.
13 significasti, & cap. ad audientiam .de homicid. † Caveat igit-
tur unus quisquam committere usuram, nam ille, qui incidit
in usuram si fuerit monitus si clericus erit ab officio & benefi-
14 cio suspenditur † Si Laicus excommunicatur cap. præterea
eo. ti. Usurarius est infelicitis conditionis, quia † usurarii ma-
nifesti, nec ad communionem altaris admittuntur, & si decesser-
int in hoc peccato usuræ, sepultura Christiana denegatur
16 † Nec admittuntur ad offerendam oblationem, quam si clericus
accepterit reddere compellitur, & ab officio suspensus rema-
17 neat cap. quia in omnibus. eo. ti. † Si usurarius est condanna-
tus ad restitutionem usuræ, si se appellat ad subterfugiendum
restitutionem, audiendus non est cap. quam perniciosum eo.
18 ti. † Est usuræ ita odiosa, quod iudei etiam compelluntur ad
restituendam cap. pen. eo. ti. Testamentum usurarii est nullum,
non restituta usuræ vel facta cautione de restituenda cap. quan-
19 quam de usur. † Crimen usuræ est mere Ecclesiasticum, quo
ad cognitionem iuris, an contractus sit usurarius, vel ne, secus
20 autem quo ad factū † quo autem ad pœnam est communis fo-
21 ri, & pœna est extraordinaria arbitrio Iudicis. † Cum igitur
usuræ sint prohibiti omni iure de iure naturali Didat in lib. 3.
resolutionum cap. 1. num. 5. de iure diuino etiam Euangelico
de iure canonico & de hoc nemo dubitat, vt attestatur Didat.
22 in loco præallegato, hinc est quod † est infamis usurarius,
& eius hæres, vel etiam extraneus tenetur, & compellitur usu-
ras restituere.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsitas in literis Apostolicis cognosci potest per septem species falsitatis.
- 2 Literas Apostolicas falsas recipientes, non sunt immunes a crimine falsitatis.
- 3 Falsitas inter præcepta Dei numeratur.
- 4 Falsitas offendit Deum, Iudicem, & Partem.
- 5 Falsitas committitur circa testes, circa scripturas, & circa instrumenta ac circa monetam.
- 6 Falsus non solum dicitur, qui mendacium dicit verum etiam, qui veritatem occultat.
- 7 Falsi crimen est publicum, ideo quilibet de populo potest accusare.
- 8 Falsitas est nedium odiosa, verum etiam damnoosa.
- 9 Falsarum litterarum auctoritate, sententia lata non mandatur executioni.
- 10 Sententia lata cum falso procuratore non mandatur executioni.
Idem per falsas probationes.
- 11 Falsi crimen committit aperiens, & disigilans litteras alienas.
- 12 Falsum committit, qui in testamento sibi legatum ascribit.
- 13 Falsi pena est secundum statuta sed rbi non absunt, imponitur pena consueta, quasi Iudicis arbitrio relinquatur.
- 14 Falsificantis litteras Papæ, vel Regum pena si clericus degradatur & traditur curia seculari.
- 15 Falsificantes sal, frumentum, vinum, & similia, ut faciunt Aromatarum extraordinarie puniuntur.
- 16 Falsi agi potest usque ad centum annos.
- 17 Falsum committens, si alicui non prædicat non ordinaria, sed extraordinaria puniatur.
- 18 Falsi testis dicto qui vitetur non excusat.
- 19 Falso instrumento qui vitetur non excusat.
- 20 Falsum committit, qui partum supponit.
- 21 Falsum committunt Imperatores, qui pena stellionatus puniuntur.

Cen-

Centesimum Quadragesimum nonum Priuilegiū.



1 C C L E S I A gaudet priuilegio, quod Papa
2 distinguit per septem species falsitatis, per
3 quas literæ Apostolicæ cognosci debent,
4 vtrum sint falsæ, quas quilibet diligens,
5 qui per literas Apostolicas conuenitur de-
6 bet diligenter aduertere, et nec illi sunt
7 immunes a crimine falsitatis, qui litteras
8 Apostolicas recipiunt, contra tenorem constitutionis, & mul-
9 ti modi falsitatis litterarum Papæ sunt, qui omnes depræhen-
10 dūtur satis in cap. licet regimen de crimin. fals. Ratio istius de-
11 creti multiplex est, sed potissima, et quia falsitas inter præce-
12 pta Dei numeratur, & etiam ob læsionem, quam sentit
13 Deus, Index, & pars, multis enim modis et falsitas committi-
14 tur, & circa multa, & in specie circa testes, circa instrumenta,
15 circa scripturas, & circa moneta, et nam falsus non solum di-
16 ci potest, qui mendacium dicit, sed etiam, qui veritatem occul-
17 tat cap. i. de crim. fals. Falsi crimen, est grauissimum & pro-
18 ppter eius frequentiam solet a legibus, & statutis grauiter puni-
19 ri, conumeratur inter publica delicta, Ideo quilibet de po-
20 populo, etiam si particulariter eius non intersit poterit defalso
21 accusare tamquam crimen publicum, hinc percipitur, et Quod
22 falsitas est ne dum odiosa verum etiam damnoſa, vnde et si sen-
23 tentia lata auctoritate falsarum litterarum ille pro quo lata fuit
24 imperavit executione faciendam per Episcopum ille citatis
25 partibus, ut sententia executioni mandaret, oppositum fuerit co-
26 rā illo quod sententia illa illata esset per falsas litteras, Episco-
27 pis literis visis noluit ea executioni mādare, cum essent falsæ, er-
28 go sententia lata per falsas non debet executioni mādari precep-
29 tur ei ut, quoties aliqua scripta sub nomine Papæ redarguēda-
30 viderit, nullā eis fidē adhibeat, nec obseruet, quod per ipsas
31 mādatur sed eū, qui presentauerit illas detineri faciat diligen-
32 ter, ca. sup eo. de cri. fals. Id est in sententia lata cum falso procur-
33 curatore, quæ nunq mādatur executioni ca. in nostra. de procur-
34 sententia lata per falsas p̄bationes anteueat, & usque ad quantū
35 tēpus retrattari potest, dic, ut plenè no. in c. licet de prob. & p̄ lo.
An. in c. cum venerabilis de exc. & p̄ Dar. in l. diuus. ff. de re. itid.
36 & l. qui.